Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

qd opus et prout opus est cum et
eterna desiderio amplecti et no
Talem inquit dilectus meus homines et
ego audacter illum sapientem
pronuncio cui immundi queque
res reuera sapiunt prout sunt
et in veritate atque securitate co
petit gloriari et dicere. Quia or
dinauit in me caritatem Sed
vbi ille et qui ista. Quod flens dico
quousque adoramus et non gusta
mus prospicientes procul et non
apprehendentes suspicantes et de
·e· longe salutantes. O veritas exu
lum patria exilii finis video
te sed intrare non sinor carne
retentus sed nec dignus admitti
peccatis sordens. O sapientia que atti
gis a fine vsque ad finem fortiter
in instituendis et continendis
rebus et disponis omnia suauiter
in beandis et ordinandis affecti
bus dirige actus nostros prout
nostra temporalis necessitas poscit et di
spone affectus nostros prout
tua veritas eterna requirit
vt possit vnusquisque nostrum secure
in te gloriari et dicere quia or
dinauit in me caritatem. Tu
es enim dei virtus et dei sapientia
xpus sponsus ecclesie dominus noster
super omnia deus benedictus in secula.

·f· Fulcite Sermo 42us.
me floribus stipate me malis quia
amore langueo.

Creuit amor cum incentiua
amoris plura solito processerit.
Vides siquidem quanta hac vice
non videndi tantum sed et colloquendi
copia fuit Tempus quo visio apparet
multum indultum serenior et ser
mo iocundior et sermocinacio
longior atque protractior Nec
solum oblectata colloquio sed et
gloriata est preconio. Ad hec
eius quem desideraverat refri
gerata est vmbra cibata fructu
potata calice. Nec enim siti
bunda putanda est exisse de cel
la vinaria in quam se intro
ductam modo nouissime gloriatur
vino vero sitibunda. Quoniam qui
bibit me inquit adhuc sitiet.
Post ista omnia sponso more suo
secedente illa se amore langue
re perhibet id est pre amore Quo
enim gratiorem fuerat experta
presentiam eo postmodum absen
tiam molestiorem sentit. Sub
tractio nempe rei quam amas
augmentatio desiderii est. et
qd ardentius desideras carens
egrius. Rogat proinde ista inte
rim odoramentis florum ac
fructuum confoveri quousque de
nuo reuertatur quem molestissime
sustinet demorantem. Atque vt
42 ordo sermonum incipit iam spiri
talem fructum qui in ipsis est
spiritu duce veritatis tempteremus eruere.